Quibus trāsgres. iij. **Q**uibus dixit dñs ad iofue. Elige duodecim viros singulos p singlas tribus. et p'cipe eis vt tollāt de medio iordanis alueo vbi steterūt pedes sacerdotū. duodecim durissimos lapides qz ponet' i loco castrorum vbi fixerit' hac nocte tētoria. **Q**uocauitqz iofue duodecim viros qz elegerat d' filijs isrl' singulos de singul' tribub'. z. ait ad eos. **I**te añ archā dñi dei v'ri ad iordanis mediū z. portate inde singuli singulos lapides in hūer' v'ris iuxta nūez filioz isrl' vt sit signū inf' vos. **E**t qñ interrogauerint vos filij v'ri cras dicētes qd sibi volūt isti lapides rñdebit' eis. **B**efecerūt aq' iordanis añ archā feder' dñi cū trāsiret eū: idcirco positi sunt lapides isti i monimētū filioz isrl' vsq' in eternū. **F**ecerunt g' filij isrl' sicut pcepit eis iofue: portātes de medio iordanis alueo duodecim lapides vt dñs ei ipe-rarat iuxta nūez filioz isrl' vsqz i locū in q' castrametati s' ibiqz posuerūt eos. **L**apides qz duodecim lapides posuit iofue i medio iordanis alueo vbi steterūt sacerdotes qz portabāt archā federis z. sunt ibi vsqz i pntē

Quod ascendant de iordane. **E**x hoc qz non dicitur hic vt trāsiant h' vt ascēdāt. dicit' hebrei qz ascēderūt sup ripā p quā intrauerāt eo qz stabāt iux' illā fm eos. **P**ut dicit' ē s. ca. p'ce. **E**t qz dicit' textus h' qz cū pedes sacerdotū fuerūt extra alueū aq' iordanis qz steterāt statim fluxerūt secū dñi

cursum suū. exq' seq' tur fm dicit' hebreo-oz qz ppls isrl' tunc fuit ex vna parte iordanis. z. sacerdotes cū archa i pte opposita. z. aq' iordanis i medio currēs. **I**deo dicit' qz archa aliter trāsīuit qz ppls dicētes qz archa portauit portatores suos qd ē sic intelligēdū qz v'rate diuina archa cū sacerdotibus fuerūt subito transportati. nō solū vltra flumē h' etiā vltra populū quē debebat h' cedere vt pdictū est h' h' vt ficticiū. tñ qd nō est verisimile qz scripura tacuisset tātm mirabile. tñ qz innititur falso. s. qz sacerdotes steterūt in alueo iordanis iux' ripam p quā ingressi fuerūt. qz steterunt in medio aluei. vt dicit' est ca. p'ce. tñ qd modus loquēdi ex q' arguit' ppositū cū dicit' vt ascēdāt. magis ē ad oppositū vt v' qz p' de trāsitu ppli subdit'. **P**opulus aut' de iordāe ascēdit decimo die z. tñ p alueū pedītādo trāsīuit vt exprimitur i littera. z. ipimet pcedūt. qd ergo dicitur. **E**t ascēdāt. h' ē qz sacerdotes stabāt in medio aluei. vt dicit' est. **V**bi alueus ē pfundior qz ppe ripā. z. iō pgress' de loco illo ad ripāz pcedit ascendendo

cetera patent ex pdictis. **Q**uod plus aut' hic p'ri describitur tps determinatio cū d' ppls aut' de iordane ascēdit decimo die pmi mēsis. h' aut' exprimit' ad maiorez bystorie certitudinē. **E**t castrametati sunt in galgalis. hoc nomē ponit h' p anticripationem. qz postea fuit impositū illi loco. vt h' se. ca. q. **Q**uodecim qz la. z. po. iō. i galgalis. **D**icit' hebrei qz trāsito iordane nō statim inest i galgalis: h' p'us iuerūt in montē hebal z. ibi portauerūt. illos. xij. lapides z. leuigauerūt eos calce z. scripserūt super eos mādata legis. z. fecerūt bñdictiones z. maledictiones solenniter. z. de lapidibus illis fecerūt altare. z. sup illo obtulerūt hostias. z. in sero venerunt in galgalis vbi metati sunt castra apponātes ibi lapides pdictos vt manerēt ibi p signū trāsire iordanis miraculosi. z. ad h' allegat' qd pdictū est in h' ca. donec oia pplerent' qz iofue vt loqueretur

ad pplm pceperat dñs. vt dixerat ei moyses. moyses aut dixerat q trāsito iordane leuigarēt lapides calce. z scribe rent ibi legē z q ponerēt bñdictiones sup montes garizim. z maledictiones sup montē hebal. vt hñ Deu. xxvij. hñ vñ falsum. tum qz tot z tanta nō possent fieri vna die. vtpo te transitus iordāis

maxime tante multitudinis pgressus ad mōtē hebal z garizim. q loc⁹ sat⁹ pl⁹ distat a iordane qz ciuitas hiericho. solēnitas bñdictionū et maledictionū descripio legis sup lapides z imolatio hostiarū z inde pgress⁹ ad galgalē locū. tuz qz vñ dīcere qd dñi fra viij. ca. Post de structionē hiericho z hay. tūc edificauit iosue altare. domino in monte hebal zc. vbi subdit de descripio legis sup lapides z bñdictionib⁹ z maledictionib⁹. tū qz repugnat ei qd dicit Deut. xxvij. vbi dicit de lapidib⁹ in qbus scribēda erat lex. Eriges ingētes lapides zc. lapides aut isti nō fuerūt tales. qz singuli hoies portabāt singlos lapides. vsqz ad locuz castroz. vt dñi in principio h⁹ ca. Itē lra hui⁹ ca. quā p se allegāt magis ē ad oppositū. qz ibi dicitur Sacerdotes autē q

rit ad filios isrl. Quā intro gauerint filij vñi cras ptes suos z dixerūt eis. qd sibi volūt lapides isti: docebitis eos atqz dicit. Per aurentē aluēū trāsinit israel. iordanē istū siccate domio deo nro aqz eius in spcū nro donec trāsirem⁹: sicut fecerat prius i mari rubro qd siccauit donec transiremus vt discāt oēs terrarū ppli fortissimā dei manum vt z vos timeatis deū vestrū omni tempe. Ca. v.

Postqz ergo audierūt oēs reges amorreoz qz habitabāt trās iordanē ad occidentalē plagaz et cūcti reges chanaā qz ppin q possidebāt magni maris loca: q siccaisset dñs fluēta iordanis corā filiis isrl donec trāsiret: dissolutū ē cor eoz z nō remāsīt i eis spūs: timētū introitū filioz isrl.

Eo tpe ait dñs ad Josue. Fac tibi cultros lapideos z circūcide scdo filios isrl.

laudum inepti. z subditur circūcisionis pceptū cū dicit. b Fac tibi cultros lapideos. hebrei dicūt nouaculas acutas. Cultellus em lapideus nō ē de necessitate circūcisionis. neqz h vñt iudei moderni in circūcisione h cultello ferreo. c Circūcide scdo. Ex b dixerūt aliq qz idem

Fecit quoqz qd iusserat dominus z circūcidit filios israel in colle prepucioruz. Hec autē causa est secūde circūcisionis. Omnis populus q egressus ē de egypto generl masculini: vniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto per longissimos vie circuitus qui omnes circūcisi erant: populus autem qui natus est in deserto p quadraginta annos itineris latissime solitudinis incircūciscus fuit donec cōsumerentur qui non audierunt vocem dñi quibus ante iurauerat vt ostenderet eis terraz lacte z melle manantem. Porū filij in locū successerūt patrū z circūcisi sūt a iosue qui sicut nati fuerāt in pputio erāt: nec eos in via aliquis circūciderat. Postqz autē oēs circūcisi sunt māserūt in eodē castroz loco dōec sanarent. Dixitqz dñs ad iosue. hodie abstuli obpro

homo pōr bis baptizari sicut z circūcisi hñ est falsum. qz eodem pfone nō fuerūt hic circūcise. q alias fuissent. hñ illi tm qui nati in deserto remāsērūt incircūcisi. vñ in textu. Et iō cū dñi hic. Circūcide secūdo. subintelligit solēniter. qz ista fuit secūda circūcisio solēnis. hñ respū cui⁹ dicitur scda varie dñi. dicit ei hebrei qz secūda dñi respū illi⁹ circūcisionis q facta fuit illa nocte in egypto q pcutit dominus p̄mogenita egypti. tūc em vt dicunt multi fuerūt circūcisi. maxime qz multi egyptij pueri ad iudaismū exierunt cū filiis isrl de egypto. vt hñ Exo. xij. S; h dicitū nō vñ verū. tū qz nō hz autē d scripura q d hac circūcisione nullā faē mentionē. tū qz eis imiebat itineris labor egyptijs cogentibus eos exire. z iō si i deserto fuit dilata circūcisio ppter itinera

tionē iminentem vt videbit. eadē rōne z fortiori fuisset tūc dilata circūcisio Itē tūc nō habuerūt tps fermētadi. eo q egyptij cogebāt eos ad exitū vt dñi Exo. xij. z iō multo min⁹ hūissent tps circūcidēdi. maxime tantā multitudinē. iō aliter dñi q h circūcisio solēnis dñi scda respectu illi⁹ quā fecit abraam de mādato dñi. qz tūc fuit circūciscus cū oib⁹ masculis de domo sua vt hñ Gen. xvij. d In colle pputioz. sic nominatus ē loc⁹ ille. qz ibi amora sūt pputia a filiis isrl.

Uniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto. excepti tm illis q erāt de tribu leui vt dicitū ē Nu. xiiij. Pplius autē q natus ē in deserto zc. sequit. f Incircūciscus fuit. pplius em isrl mouebat castra qz qz hora nubes mouebat p̄bēs eis ducarū. z qz incertus erat eis motus nubis. iō dispenfatiue factū ē q illi q fuerūt nati in deserto remāsērūt incircūcisi vsqz ad tps istud. qz piculosum esset de nouo circūcisos itinerare seu portare in itinere. g Quib⁹ ante iurauerat. ex b vñ q deus nō tenuerit suū iuramentū. qz nō viderūt terrā pmissiōis. Dñm q iuramentū erat p̄ditiona tū. s. si nō offenderēt deū tali offensa q deberēt morte puniri. vel dñm q si nō intrauerūt terrā pmissiōis i p̄p̄is psonis. intrauerūt tū eā in filiis suis. in qbus qd qd amō p̄es māserūt. h Dixitqz dñs ad io. ho. ab. ob. egypto. a vo. istud exponit dupliciter ab expositoib⁹ nris. vno mō vt accipiat obprobriū egypti passiuē. s. q sustinuerant egyptij a filiis isrl exprobrando eis q erāt incircūcisi. hñ hoc nō vñ rōnabiliter dicitū. qz filij isrl fuerūt in egypto subiecti. z in maxīma seruitute. vt hñ Exo. j. z iō nō est verisimile q

Postqz ergo. Dñs qd factū sit in iordanis introitu z qd in exitu. Dicit p̄r oñdī qd factū ē in filiis isrl in statu ahiqz bellarēt p̄hatores terre. qz añ pgressum fuerūt circūcisi. z pascha celebrauerunt z ab angelo appente iosue p̄fortati sunt. Et iō p̄ agit de circūcisione. secūdo de pasche celebratiōe ibi. Manserūtqz. tercio d̄ populi cōfortatiōe ibi. Cū autē esset iosue. Circa pmū p̄mitti tur timor a deo imissus sup aduersarios hebreoz. z patet lra. Hoc aut a deo factū ē ne venirēt ad pugnan dū p̄ filios isrl tpe q fuerūt de nouo circūcisi. qz tūc erant ad bel-

egyptiis exprobarent. Alio modo accipiendo obprobrium egypti actus. s. q. egypti intulerat filijs isrl. s. obprobrium seruitutis. q. licet in exitu de egypto fuerit liberati a seruitute egyptior. tñ ista libertas pfecte fuit declarata quādo fuerit in terra pmissiois. z iō dicit q. loc⁹ ille vocat⁹ est galgala. qd̄ sicut libertatē. s. hoc dicitū nō vī bñ psonum teptui. q. ablatio obprobrii vī refert ad circūcisionē cū dicit. **H**odie abstulit. q. illa die fuerunt oēs circūcisi. illud etiā qd̄ accipit ad ppositū de significatiōne galgale nō est verū. q. nec Hiero. nec remig⁹ sic interpretant hoc nomē. s. alit̄ vt videbit. iō alit̄ exponitur fm hebreos vīz q. qñ filij isrl petebant a rege egypti d̄ regno suo egredi. vt h̄ in Exo. **E**gypti q. stellatōes obseruabāt dicebāt eis. **M**iseri q. vultis ire ecce constellatio ostendit effusionē vestri sanguinis futurā. si recedat. in circūcisione facta p iosue effusus est sanguis ppli circūcisi. q. effusio nō fuit eis ad vituperiū z maluz. s. magis ad bonū. q. circūcisio erat signaculū fidel. z sic exponit verbum dñi dicitis. **H**odie abstulit obprobriū egypti a vob. q. d. effusionē sanguis vri quā egypti dicebāt vob futurā ad vituperiū z malū pueri ad laudē vram. z bonū p circūcisionē. **D**ocatur q. est nomē loci illius galgala qd̄ interpretatur rota vel circulatio. q. pellicula q. p circūcisionem abscondit h̄ figurā circularē. **M**anserūtq. hic agit de pasche celebratiōe cū d̄. **E**t fecerūt pbase. id est imolationē agni paschalis. **D**ecimaq̄ta die mēsis. s. pmi. **A**d vesper. hic em̄ erat dies z hora h̄ imolatiōis fm q. h̄ Exo. xij. **E**t azimos panes. talibus em̄ panib⁹ debebāt vti septē diebus. vt habet ibidez. **E**t polentā eiusdē anni. in heb. h̄. **E**t granatā. in solēnitare em̄ paschali fiebat oblatio de granis nouis excussis de manipulo p pfricatiōem vt dicitū est. s. iij. ca. z d̄ talibus poterat comedere pplus postq̄ pmitte erāt oblate. **D**efectq̄ māna. q. nō erat data a deo nisi in suppletione victualiu deficientiu. vt Exo. xvj. **C**ū aut esset iosue. hic p̄r ponit ppli pforatio p apparitiōem angeli ipi iosue qui erat dux ppli cū d̄. **E**t vidit virū stātez id est angelū in sp̄e vri. **E**nuginatū tenentē gladiū. qñ patū ad plū. **M**oster es an aduersarioz. ignora bat adhuc eū esse angelū. **Q**ui r̄ndit ei nequaq̄. supple sum aduersarioz. **S**um pnceps exercitus domini. exercitus aut isrl hic vocat exercitus dñi. q. a domino mittebat ad faciendū vindictā de iniq̄tatibus habitatorz terre chanaan. **E**t nūc venio. ad adiutoriū vrm. dicit aut hebrei q. iste fuit michael z rōnabiliter. eo q. danieli dicitū fuit Dan. x. **N**emo ē adiutor meus in oib⁹ his nisi michael pnceps vester. **E**t angelus h̄ appens noiā pnceps exercit⁹ isrl. **C**ecidit iosue. ad faciendū ei reuerentiā exq̄ cognouit eū esse angelū. **A**d orans. ad orationē dulie. **Q**uid dominus meus loquit̄ ad seruū suū. q. d. obedire parus sum. **S**olue calciamentū r̄. s. iſe vbi dicitū fuit moysi in apparitiōe sibi facta i rubo. vt h̄ Exo. iij. **L**ocus em̄ in q. stas sanctus est. ppter apparitiōem angelicā ibi factam. **I**n ca. v. Iosue vbi d̄ in postil. **I**deo alit̄ dicit q. hec circūcisio solennis d̄ scda respectu illius quā fecit abraā vt habetur Gen. xvij. **A**ditio.

Aposito hec non psonat iſe. **P**am in illa circūcisione generali quā abraā fecit cū oibus masculis de domo sua nullus filius isrl fuit circūcisi. nec etiā ysaac qui nōdū erat natus. nec etiā pceptus put ptz i eodē ca. Gen. xvij. s. tñ in circūcisione facta p iosue. de q. agit iſj. ca. exp̄sse dicit iſra. **C**ircūcide scdo filios isrl. optet q. ly secūdo referat ad aliquā circūcisionē generalē seu solēnem. q. in filijs isrl fuisse facta. nō ad illaz de abraam in q. nullus filioz isrl circūcisi fuit. z iō opinio hebreistarū i b̄ loco tenenda est saltē in pte etſi nō i toto. **A**d cuius euidētiā attendendū est q. filij isrl in egypto existētes nō oēs circūcidebāt in octauo die. sic fuerat pceptū abrae Gen. xvij. s. ex q̄cūq. causa seu occasio

Hiericho: leuauit oculos z vidit virum stantem cōtra se enuginatum tenentē gladium: prexitq̄ ad eū z ait. **M**oster es: an aduersarioz. **Q**ui r̄ndit. **N**equaq̄: s. sum pnceps exercit⁹ dñi z nunc venio. **C**ecidit Iosue pronus in terram: z ad orans ait. **Q**uid dominus meus loquit̄ ad seruū suū. **S**olue inquit calciamentum de pedib⁹ tuis. **L**oc⁹ em̄ in quo stas sanctus est **F**ecitq̄ iosue vt sibi fuerat imperatum.

ne plongabant pentes circūcidere pueros suos. put ponit postillator Exo. xij. in fine. vbi de israelitis in egypto existentibus exp̄sse dicit q. iudei in egypto exites nimis inordinatē amantes pueros suos dimittebāt eos in circūcisiōs timentes ne ex circūcisione mors vel infirmitas eis accideret. hec in postilla. **C**uius signū est q. fili⁹ moysi circūcisi fuit a matre sua in itinere. ne occideret moyses ab angelo ppter peccatū in circūcisionis filij. vt patet Exo. iij. **P**resumendū est ergo cū moyses omittebat ritum circūcisionis saltē q. ad tps. q. ceteri isrlitici min⁹ docti s̄t fecissent. **C**um igitur in pncipio mēsis pmi p ximo pcedentis exitū isrl de egypto. pceptū fuit moysi d̄ acceptiōe agni paschalis. z eius imolatiōe de cuius ritu z religione erat vt in circūcisiō non vesceretur ex eo. **E**xo. xij. cōsequēter dicendū q. in egypto imminere tempore paschali fuit facta circūcisio generalis oim filioz isrl qui ex aliq̄ causa vt pmittitur circūcisiōez omiserāt respectu cuius hec circūcisio p iosue facta secūda dicitur. quia inter illas duas nulla interuenit alia circūcisio de qua mentio fiat p̄sertim cum litera in hoc capitulo scz iosue. v. dicat q. populus natus in deserto in circūcisiō fuit. **D**iceret ergo quis q. illa circūcisio in egypto celebrata fuit in eadem nocte qua p̄cisi fuerunt primogenita egypti. vt hebrei dicunt ficticiū est. z non habet aliquā auctoritatem nec verisimilitudinem ppter rationes allegatas a postillatore. sed dicere q. imminente tempe paschali sp̄aliter post pncipium pmi mēsis z vsq̄ ad. xiiij. eiusdem. quia fuerunt filij isrl in magna multitudine propter solemnitatem paschalem primo venturam circūcisio facta sit. est omnino necessariū. **Q**uod autem obijcit postillator de hoc. q. non fit mentio in scriptura de circūcisione egyptiaca non videre valere. **P**am etſi nō fiat expressa mentio fit tamen tacita. vt patet ex dicitis. **A**d etiā obijcit de impedimento itinerationis. valeret si in eadez nocte qua egressi fuerant circūcisi fuissent. quod non dicitur. sed per aliquos paucos dies anticipauerunt. **S**ciebant em̄. horam z diem egressionis sue ex reuelatione diuina. vt in iſa. **D**nde z poterant anticipare p tempus quod suffecerat ad eorum sanationē. secus in deserto vbi tempus itinerationis pendebat ex eleuatione nubis sibi ignota. vt patet Exo. vlti. z in pluribus alijs locis. **I**dem dicendum ad terciā rationem quam facit postillator q. procederet. si nocte egressionis fuisset facta circūcisio et non aliter.

ca. v. Josue cu postillator exponet Replica. circuncisionem h Josue madata ee scdam respectu ei q fuerat abrae madata. Illa em fuit pma: ista scda Burgen. se opponit mot debil rōnib. asserēs q pma nō fuit circūcisio filioꝝ isrl. qz nullus ipe abrae fuit filius isrl. et iō ista q ē filio rū isrl nō pōt respecru illi dicit secūda.

Hic dico q q̄uis tē pore institutōis. nec isrl nec aliq̄s ei filius fuit. ipa tñ circūcisio fuit p filijs isrl instituta. et nō soluz p filijs. sed p volentibus ritui eoz piūgi. put expresse dicit Gen. xvij. Illō autē qd Burg. p colore sine opmōis ad dit. ficticiū videt. videlicet q̄ in dei in egypto existentes nō circumcidēbāt pueros suos. Nō ei veri sile ē. deuz illi ppli tātā curā habuisse et eū suū p̄mogenituz noiasse Exo. iij. si h̄ trāsgressio circūcisiois in p̄lo fuisse. vt fingit. burg. Nec valet qd de postillatore Exod. xij. allegat Burgen. Nā postillator nō dicit exp̄sse. q̄ in dei. h̄ q̄ ali q̄ in dei nimis iordinate filios suos amātes dimittebāt eos i circūcisios timentes ne ex ipa circūcisioe mors v̄l infirmitas accideret. Illos igit̄ siquī vsq̄ ad exitū egypti incircūcisii remāserāt. anq̄s māducarēt pascha circūcisii oportebat z qz pauci vel nulli fuerūt idcirco cū de ritu māducatiōis pasche fieret mētio de circūcisioe Exo. xij. nō dī de incircūcisii filioꝝ isrl. h̄ seruoꝝ pegrinoꝝ z alienigenarū. qui incircūcisii ad māducatiōz pasche nō debebat admitti. quia eadē lex in h̄ ritu eē debebat colono z indigene. vt dī ibi dē. Si igit̄ aliq̄ iudei ex causis inordinatis circūcisioez distulissent z eā an̄ exituz de egypto fecissent talis circūcisio fuisse p̄uata z p̄icularis nec sp̄aliter mādata. nec solē niter executā. sic p̄mo ipe abrae z scdo in colle p̄p̄uatiōnū. de quo h̄ dicit. Quod aut̄ Burgen. allegat de moyse qui circūcisioe filij sui distulit. h̄ locū non habet. qz nō amo re inordinato nec ex cōtemptu. sed timore vxoris. z ad eā p̄tinentiū incircūcisioꝝ fecit. ideo existens in via circūcisus ē illo timore cessante. de q̄ materia vide supra Exo. iij. Nec Burgen. se bene h̄z in solutiōe argumenti postillatoris. Nam ipe declinat argumētum postillatoris q̄ arguit. q̄ in scriptura nō fit mētio de solenni circūcisioe vel mandata vel facta in egypto. que posset dici p̄ma re spectu cuius hec dicat̄ secūda. hoc em̄ argumentuz apud Burg. sepe reputat̄ achilles. qz semp arguit ab auctoritate negatiue. sed Burgen. soluendo dicit illius circūcisiois fieri tacitā mētionē. quod tñ falsum esse ostensuz est supra. quia potius ibi filij israel excludunt̄ q̄ includunt̄. cum tamen in tali respectu p̄mi z scdi oporteret fieri exp̄ssam mētionē. Vnde ad satisfaciendū burgen. z suo rī amatoꝝ contentioni potest dici. q̄ ly scdo debet refer

Capitulū. vj. Jericho autem clausa erat atq̄ munita timore filioꝝ isrl. et nullus ingredi audebat: aut egredi. Dixitq̄ dñs ad Josue Ecce dedi i man⁹ tuas hiericho z regē eius oēsq̄ fortes viros. Circuite urbem cūcti bellatores semel per diem. Sic facietis sex diebus: septimo autē die sacerdotes tollēt septem buccinas q̄z vsus ē i iubileo: z p̄cedēt archā federis Septiesq̄ circuibitis ciuitatē: et sacerdotes clāgēt buccinis Cūq̄ insonuerit vox tubelōgior atq̄ p̄cisior: z in aurib⁹ v̄ris increpauerit: p̄clāmabit oīs ppl̄s vociferatiōne maxia: z muri fūdīt corruēt ciuitatis: ingrediētq̄z singuli per locū q̄ quē steterit. Vocauit ḡ Josue filius nun sacerdotes et dixit ad eos. Tollite archā federis Et septē alij sacerdotes tol

ri ad solennē p̄ceptionē ip̄ius circūcisiois. que p̄mo fuit facta abrae. vt patz Gen. xvij. scdo hic Josue. v. nec legitur deus alibi de circūcisioe solenne mandatū dedisse nisi ibi z hic. Construat̄ igit̄ l̄ra sic. Circūcidē filios israel subiutelligi circūcisioe scdo mandata. q̄ p̄mo fuit mādata abrae. huic cōstructiōi cōsonat qd sequit̄. Nec autē est causa scde circūcisiois. et nō addit̄ filioꝝ isrl. ad innuēdiū q̄ est circūcisio. scd̄ do solenniter mādata. p̄ hoc tollit̄ argumētū p̄ Burg. hic factum.

lāt septē iubileoz buccias z incedāt añ archā dñi. ad ppl̄m q̄z ait. Ite z circuite ciuitatē armati p̄cedentes archā dñi. Cūqz Josue verba finisset: z septē sacerdotes septē buccinis clāgerēt añ archā federis dñi: oīsq̄ ppl̄s p̄cedēt armati exercitus: reliquū vulg⁹ archam seq̄bāt ac buccis oia p̄crepabāt. Precep̄at autē Josue ppl̄o dicēs. Nō clamabit̄ nec audiet̄ vox v̄ra: neqz vlus p̄mo ex ore v̄ro egredietur donec veniat dies i q̄ dicā vobis. Clamate z vociferamini. Circuiuit ḡ archa dñi ciuitatē sel p̄ diem z reuerfa i castra māsit ibi: Igit̄ Josue de nocte p̄surgēte tulerūt sacerdotes archā dñi: z septē ex eis septē buccinas quaz i iubileo vsus est: p̄cedebātqz archā dñi ambulantes atqz clāgētes z armat⁹ ppl̄s ibat añ eos vulg⁹ autē reliquū seq̄bāt

data abrae. huic cōstructiōi cōsonat qd sequit̄. Nec autē est causa scde circūcisiois. et nō addit̄ filioꝝ isrl. ad innuēdiū q̄ est circūcisio. scd̄ do solenniter mādata. p̄ hoc tollit̄ argumētū p̄ Burg. hic factum.

Capitulū. vj. Jericho autē hic incipit scda ps p̄mācipalis huius libri de conflictu z acquisitione terre. z p̄mo de acquisitione hiericho. scdo de acquisitione hay. ca. viij. tercio de debellatiōne quoz regū. x. ca. quarto de debellatiōne pluziū regū siml cōgregatoꝝ. ca. xj. Prima diuidit̄ i duas. i. in partē p̄ncipales z incidentalē scda incipit in p̄ncipio. vij. ca. Circa captionē hiericho p̄mo docetur modus captiōis. scdo subditur acrus executiōis: ibi. Cūqz Josue. Circa p̄mū scienduz q̄ dñs docuit

Josue de modo captiōis. z Josue denunciāuit ppl̄o. z pater l̄ra paucis exceptis q̄ exponēt. b. Et nullus ingredi audebat. ad auxiliandū inclusos in ciuitate. c. Et egredi. ad fugiendū p̄ sua salute. d. Dixitq̄ dñs ad Josue. dicit̄ aliquid z p̄babiliter q̄ dñs docuit Josue p̄ angelū sibi apparit̄. vt dicit̄ est de his que sequunt̄. i. de modo capiēdi ciuitatē. e. Concisioz. i. interpolatus. f. Armati p̄cedentes. dicit̄ hebrei q̄ h̄ intelligit̄ de filijs ruben z gad z dimidia tribu manasse. q̄ armati debebāt p̄cedere alios ad bellū. vt dicit̄ fuit ca. j. z Qu. xxxij. g. Cūqz Josue. Hic p̄nter ponit̄ p̄ceptū executiō. z p̄mo q̄tū ad destructionē ciuitatis. scdo q̄tū ad raab meretricis saluationē: ibi. Duobus autē v̄ris. tercio q̄tū ad Josue imp̄cationē: ibi. In tpe illo. Prima ps p̄z paucis exceptis. qz ponit̄ executiō captiōis hiericho. sic fuerat dicta a dño z p̄ Josue denunciata ppl̄o. h. Reliquū vulgus archā sequebāt. nō est intelligendū q̄ mulieres z p̄uuli z inepti ad plū circuirent ciuitates. qz ut̄ p̄ncipio hui⁹ capituli dī. Circuite urbē cūcti bellatores. z iō p̄ reliquū vulgus hic intelligit̄ v̄ri bellatores trib⁹ dan. cū alijs duabus tribubus sibi adiūctis. qz erant vltimū in motione castrorū: z faciēbant vltimā custodiā. vt habetur Qu. x. ca. v̄i ybi translato n̄ra h̄z. Reliquū vulgus. in hebreo habet̄. Aggregatio. sic enim vocabat̄ acies illa. eo q̄ illi qui de p̄cedentibus aciebus propter lassitudinem vel aliam causā remānebāt post alios vltimē acies aggregabantur. i. Igitur Josue de nocte consurgente. in hebreo habetur. De mane. Surrexit enim i ayroza que est

cōfinitū dicit et noctū. et sō ab utroq; pōt denoiari. qz mediū sapit naturā vtriusq; extremi. **A** die autē septimo zc. dicitur hebrei qz erat sabbatū. z rōnabiliter. qz vocat dies. vij. z tñ nō peccauerūt innadēdo z destrūēdo ciuitatē. qz fecerūt hoc de mādato dei. vtz in lra. qz ē dñs sabbati. imo dñi fecerūt ei obediēdo

Dixit Iosue ad oēs israelē vocifera mini. Nō ē verisile qz tantus exercitus posset vocē ei⁹ audire. maxie qz sacerdotes clāgebāt tubis. z iō vī qz dicere hīc accipit p denūcia re aliq; sensibili signo. vtpote p eleuationez vexilli vel aliq; hmōi. qd poterat videri a toto populo. **S**itq; ciuitas hī anathema. in hebz. hī herē qd hz duplicē significatiōz. qz significat destructiōz. z psecratiōz vt diffusius dcm̄ fuit **Leui. vltio.** **P**traq; tñ significatio cōcurrūt in hoc facto. qz ciuitas fuit cū habitatorib⁹ destructa. aux vō et argentū. es z ferruz qz inuēta fuerūt ibi. fuerūt refuata z dño psecrata ita qz de cetero nō possent hūanis vsib⁹ applicari. **S**ad faciēdu inde il la qz erant necessaria ad cultum dei. hiericho em̄ fuit pma ciuitas capta a filiis israel z spāi miraculo. iō iosue puenienter eā posuit sō anathemathe aliqua destrūēdo oīno in signū diuine iusticie. z aliq; qz poterāt veire in pda bellantiū dño psecrando tanq; pmitias pdarū. sic z de fructib⁹ aialū z tre dabant pmitie. sic autē nō fuit de pda hay z aliaz ciuitatū. vt dī. j. **C**auete ne de his qz precepta sūt vobis quippā ptingatis p auariciaz accipiēdo ali qd de illis qz debebant destrui z cōburi. vel de his qz debebāt dño cōsecrari.

Et oia castra israel sub pctō sint. i. pena peccati. qz p pctō aliq; rū vel etiaz vnus qz est ps ali cuius cōitatis tota cōitas puniē aliq; z iuste. z maxime a deo. cui oēs sunt debitozes mortis. z hec materia diffusū fuit ptracta **Deut. xxiiij. sup illud vbu.** **N**ō occidēt patres p filijs zc. sicut accidit p pctō achor. vt hī ca. seqnti. cetera patēt in lra. **D**uob⁹ autē viris. **H**ic pñr agitur de raab saluatiōe quaz imposuit duob⁹ exploratorib⁹. qz eam z domū eius melius agnoscebāt. z qz ad hoc p iuramentū astricti erant. vt dictū fuit supra. ij. ca. **I**ngressiq; iuuenes zc. **Q**uerit hīc quō istī duo exploratozes vocant iuuenes. tū quia ad explorandū solēt miti viri prudētes z astuti nō aut iuuenes inepti et inexpli. tū qz supra dictū est. ca. ij. qz chaleb fuit vn⁹ de illis duob⁹ vt dicit hebrei. qz tñ iā fere erat octogenarius. qz qd agūta erat annoz quando moyses misit eū cū alijs de cades

archā: et buccinis psonabat. Circueitq; ciuitatem scdo die semel: et reuersi sūt in castra sic fecerūt sex dieb⁹ **D**ie autē septimo diluculo cōsurgētes: circueiunt vzbē: sicut dispositū erat septies. Cūq; septimo circuitu clāgerēt buccinis sacerdotes. dixit iosue ad omēz isrl. **V**ociferamini. **T**radidit enī vobis dñs ciuitatē **S**itq; ciuitas hec anathēa z oia qz in ea sūt dño. **S**ola raab meretrix viuat cū vniuersis qz cū ea in domo sūt. **A**bscōdit em̄ nūcios quos direxim⁹. **C**os autē caute ne de his qz pcepta sunt qz ppiā cōtingatis: et sitis puaricatōis rei z oia castra isrl sub pctō sint atq; turbent. **Q**uicqd aut auri aut argēti fuerit et vasoz eneorū ac ferri: dño psecrē repositū i thesaurū ei⁹. **I**git oī pplo vociferāte z clāgētib⁹ tub postq; i aures multitudis vox sonitusq; icrepuit muri ilico corruerūt z ascēdit vnusq;sq; p locū qz cōtra se erat. **C**eperūtq; ciuitatē: z interfecerūt oia qz erant in ea a viro vsq; ad mulierē:

barne ad explorandā terrā pmissiōis. vt hī infra. xliij. ca. **A**b illo vō tpe vsq; ad transitū iordanis fluxerūt anni trīgintanouē qz missio illi facta fuit anno scdo egressiōis de egypto. **A**b egressu vō illo vsq; ad ingressuz terre pmissiōis fluxerūt anni. lx. z sic patz qz in captiōe hiericho cha

ab infante vsq; ad senem. **B**oues quoq; z oues z asinos in ore gladij pculserūt. **D**uob⁹ autē viris qz exploratozes missi fuerāt dixit iosue. **I**ngredimini domū mulieris meretricis et pducite eam: z oia qz illius sunt sicut illi iuramento firmasti. **I**ngressiq; iuuenes eduxerunt raab z parētes eius. fratres qz z cunctam suppellectilē ac cognatiōz illius: z extra castra israel. manere fecerunt. **C**hbē autem z oia qz inuenta sunt in ea: succenderūt absq; auxo z argento z vasis eneis ac ferri. qz in erariū dñi conserarūt. **R**aab vō meretricē z domū patrū eius z oia que habebat fecit iosue viuere: z habitauerūt in medio israel vsq; in pntem diem: eo qz absconderūt nūcios qz miserat vt exploraret hiericho **I**n tpe illo imprecatus ē iosue dicēs. **M**aledictus vir corā dño: qz suscitauerit z edificauerit ciuitatē hiericho. **I**n pziogenito suo fundamēta illius miaciat: et in nouissimo liberorum ponat portas eius

iō iosue imprecat⁹ fuit malū pene. et qz reedificaret eā imposterū dicēs. **I**n pziogenito suo fundamēto illi⁹ iaciat. i. pziogenit⁹ ei⁹ moriat qz ponet fundamēta. **M** **E**t in nouissimo liberorum ponat portas ei⁹. i. vltim⁹ liberorum suorum moriat i positōe portaz. z sic accidit abhiel qz eā reedificauit. vt hī. iij. Reg. xvj. in fine. qm̄ breuis ē snia hui⁹ ca. pōt breuis hī moralitas poni. **H**iericho significat ciuitatē dyaboli quā facit amor sui vsq; ad pemptū dei. hec ciuitas triplici muro claudit. s. muro carnalis cōcupiscētie tpalis affluētie. mūdialis excellētie qz triplicif mur⁹ s. bner tū somitu sancte pdicatiōis. clamore deuote oziōis. circuitu pprie discussiōis qz circuit⁹ dz fieri. vij. vicib⁹. i. pfecte. qz pfectio nūero septenariō designat. qz em̄ puerit de culpa ad grām. dz diligent z pfecte discutere psciam. qz quid aut i hac ciuitate repit saluti pñi dz interimi **Q** **A**t inuenit. ibi auri p hīce sapie. argenti. eloq; nte. vasoz eneorū. i. natural' industrie. qz valz ad mīra. sic vt vasa ferri. i. corporalis z tpalis potētie. dz dño psecrari. i. de cetero bonis actibus applicari. **R**aab cū suis ppter opus pietatis saluat. quia fm̄ dictuz saluatoris **Matth. v. Beati misericordes. quoniā ipi misericordiam cōsequuntur zc.**

leb habebat. lxxij. annos. **A**d hī dicens dū qz vocat hī viri et iuuenes. vtz i textu. viri rōe etatis z pudentie. **I**uuenes vō rōne aptitudis z audacie ad gradiendū ad bellū. vñ de chaleb dī. j. xliij. ca. **Q**z cū eēt. lxxxv. annoz erat ita fortis z potēs ad gradiendū z bellāduz sic qz fuerat. xl. annoz. **E**t eēt castra isrl manere ferūt. quia nō erāt ad huc incompati populo isrl. **R**aab zc fecit iosue viuere. licet em̄ pceptū fuisse **Leui. xxliij.** qz omēs habitatozes illi⁹ tpe dispderent. tñ cū raab z sibi pūctis fuit dispensatū qz ad vitā z cohabitatiōz. ppter spāle scm̄ sue fidei z vtutis. qd fuit expsum. s. ij. ca. **I**n pceptū aut decalogi qz sūt de dictamine iuris natural' nō cadit talis dispesatio. **E**t habitauerūt in medio isrl pueri ad inditū **K** **I**n tpe illo **Q** **H**ic describitur iosue impcatio. ciuitas em̄ hiericho miraculose fuit euerfa. vt dcm̄ ē. iō ad hū facti mēoziam z dei gliaz optabat iō sue qz nō reedificaret

Ilij aut isrl. Dic incidetaliter ponit fa. Cap. vij. cu achan. Et diuidit i tres pres. qz p describit pec cati ppetratio: scdo ppetrati pgnitio: ibi. Cuz mit teret. tercio pgniti punitio: ibi. Misit g josue. Circa pmu di. **F**ilij aut isrl puaricati sut. Licz aut vn sol in h peccauerit. in gene raliter di. Filij aut isrl puaricati sunt. eo mo loqndi q fem vmas de colitare ma xime i malis toti co munitati attribuit. sic vno fratre mino re peccante. publice di frs miores fece runt hoc z p tale mo du loqndi di. Mar. xxvj. de vngero effu so super caput iesu. Videntes aut discip puli indignati sut zc. cu tn vn solus indi gne tulerit. s. iudas scarioth. vt hf Job. xij. b Et viurpa uerunt de anathema te. i. de psecratz dno .s. auz z argenti. vt parebit. j. eode ca. q tn erat psecrata dno vt dicitur e. vj. Et dz anathema ab ana qd est sursum z thesis qd e positio. qz psecrata dno sursum vel seoz sus ponebat. ne hua nis vsibus applica rent. c **A**cha filius charmi. sic dz noiar i fm Hiero. et sic e in heb. nec ali cubi noiaf achor in heb. h vicio scptoz noiaf h achor. d

Fuit ergo dñs cum Josue: et nomen eius vulgatu est in omni terra

Capitulū. vij.

Ilij aut isrl puaricati sunt mandatu: et vsur pauerunt de anathe mate. Maz achan filij char mi filij zabdi filij zare d tri bu iuda tulit aliquid de a nathemate Fratrusqz e dñs ptra filios israel. Cuz mit teret iosue de hiericho vi ros ptra hay: q est iuxta be thauē ad orientalez plagā oppidi Bethel: dixit eis. Ascēdite z explorate terrā Qui precepta pplentes ex plorauerunt hay. Et reuer si dixerūt ei Non ascendat omis pplis: sed duo vl tria milia virozū pergant: z de leant ciuitatez. Quare ois pplis frustra verabit cōtra hostes paucissimos. Ascē derunt ergo tria milia pug natoraz. Qui statim terga Xtentes percussi sunt a vi ris vrbis hay: z corruerūt

in ista bethel. ne pplis isrl iret in hierlm ad adorādū dñm z sic ptz ppositū. Silt qd dz q noiatā e bethauē eo q hie roboā posuit ibi ydolu. vñ aliquo aliter extraneuz qz Josue scpsit istū libru. a tpe vo iosue vsqz ad tps hieroboā fluxe rūt anni qngenti vel circiter. qz quadringentesimo octoge

ex eis triginta z sex hoies. Persecutiqz sunt eos ad uersarij d porta vsqz ad sa barim: z ceciderunt per p na fugietes. Pertimuitqz cor ppli z ad instar aque li quefactus est. Josue vero scidit vestimenta sua: z p nus cecidit in terrā corā ar mcha dñi vsqz ad vesperam: tā ipe qz oēs senes isrl Mi serūtqz puluerē sup capita sua: z dixit iosue. Heu dñe de. Quid voluisti tradu cere pplm istū iordanē flu uū vt tradēs nos i man? amorrei z pderes. Et tiaz vt cepim? māssim? trans iordanē. Ad dñe ds qd di cā: vidēs israelē hostib? su is terga Xtentes. Audient chananei z oēs hitatores terre: z piter cōglobati cir cūdabūt nos: atqz delebūt nomē nrm de terra. Et qd facies magno noi tuo. Bi ritqz dñs ad iosue. Surge cur iaces pronus in terra: Peccauit isrl z puaricatus

lmo anno ab egres su filiozū israel de e gypto fundauit Sa lomon templuz an no quarto regni sui vt habet. iij. Reg. vj ipe autē regnauit q dragita annis. vt ha betur. iij. reg. xj. ca. Hieroboam vo re gnauit post mortez salomois. vt ptz ibi dem. xij. ca. et tūc fe cit vitulos aureos. Ab exitu vero de e gypto vsqz ad dstru ctionē ciuitatis hay z bethauē per iosue fluxerūt tantū qdra ginta āni integri. et ideo si tūc bethauē vocabat a facto hie roboā futuro p qui gētenos ānos videt extraneū. nisi dicat q iosue in spū vidit hoc futurū. z sic eaz noiaut in hoc libro p anticipatiōez. que anticipatio est mul tū magna. z ideo alit ter pōt dici. q voca ta e bethel. id e eo q abraā edificauit alta re dno in bethel et hay. hñs bethel ab occidēte. vt hf Gen. xij. Et qz hebrei ado rāt ad occidentez. id

ab raā ibi adorās hēbat faciē versam ad bethel. q erat ppe z inde sic vocata e. Dicta est aut bethauē. i. domus ydoli eo q chanañei ibi habitātes colebant ydola Cetera patēt vsqz ibi. g De porta vsqz ad sabarim. Dicunt exposito res nostri q sabarim est xpriū nomē loci. Hebrei vero di cūt. q est nomē cōmune. z significat cōfractiōnē. vt sit sen sus. q illi de hay psecuti sunt filios israel vsqz quo sentrēt in se lassitudinē in psequēdo. vel q cōfractio referat ad fili os israel. vñ de subdit. h Et ceciderūt p prona fugien tes. tanqz cōfracti ab aduersarijs. i Josue vo. Dic cō sequenter ponit iosue depcatio occasione casus predicti. k Scidit vestimēta sua. in signū doloris fm cōsuetudi nē iudeoz. vt ptz in plurib? locis veteris ac noui testamē ti. l Et pnus cecidit in terrā. qz oratio dz esse humilis m vsqz ad vesperam. ieiunus orans. n Misertqz puluerē sup capita sua. i signū hūiliatōis. o Quid vo luisti traducē zc. vt tradēs nos i man? amorrei. li vt nō te net h causalit. h psecutine. q. d. hoc sequet ad illud. nisi tu ptegas nos. a Prinā vt cepi. man. trans iordanē. s. in regnis seon z og. q acqstierant filij isrl trās. h dixit iosue ex passione doloris. licz male. nec dixisset extra passionē ppl qd inclusit ei dñs. b Audiant chananei. s. filios isrl de victos a paucis aduersarijs. c Et piter conglo. circū. nos. h facto aiari. d Et qd fa. mag. no. tuo. q. d. hoc ce deret in obprobriū nois tui. qz dicerēt infideles q nō pos ses nos ultra iuuare. e Dixitqz dñs. Dic pñr ponit do mīni responsio p quā reuelat pcm in generali cū dicit.

Fratrus est dominus contra filios israel. quia p peccato vni de colitare. alij de illa colitare puniunt. vt dictū est. s. vj. ca. e Cuz mit. Dic pñr describit pcti ppetrati cog nitio. z p in generali. scdo i spali: ibi. Surge sanctifica po pulū. Circa pmū sciendū q gen? pcti i generali fuit cog nitū p diuinā reuelationē ad pces iosue. z iō circa h sic p cedit. qz pmo ponit depcatis occasio. scdo ipa depcatis ibi. Josue vo. tercio dñi rñsio: ibi. Dixit dñs. Circa pmū sciendū q occasio depcatis fuit. eo q filij isrl missi a io sue ptra ciuitatē hay fuerūt debellati. z reliq in pplo in ti more positi. z p pās in piculo expositi. vt p3 in lra. pmitti tur in situs ciuitatē cū dz. f Que est iuxta bethauen zc Dicunt aliq q eadez e ciuitas bethel z bethauē. h vocata est bethel a iacob eo q vidit ibi scalā. vt hf Gen. xviij. vbi dz. Appellauitqz nomē vrbis bethel. qd interpretat dom? dei. sed postea vocata e bethauē. i. domus ydoli. eo q hie roboā posuit ibi vitulū aureū a pplo adorandū. vt hf. iij. Reg. xij. ca. Primū aut qd hic dz. s. q sit eadē ciuitas be thel z bethauē. bñ est verisimile. tū qz in textu. idē situs de terminat vtrūsqz. tū qz hoc dicit ra. Sa. sup Dsee. x. cap. sup illud verbū. Vaccas bethauē coluerūt. h scdm nō vi det verū. s. q noiatā sit bathel a iacob. qz illa ciuitas quaz sic noiauit iacob est eadē ciuitas cū hierlm. scdm q dicūt cōiter doctores. put diffusius fuit declaratū Gen. xviiij illa aut bethel de qb fit mentio est longe sita a hierlm. vt ptz p descriptionē terre sancte. z sic nō e eadē. Itēz qz vt ha betur. iij. Reg. xij. ad hoc posuit hieroboā vitulū aureum

Auleratq; de anathemate qd̄ ē p̄c̄m̄ sacrilegij. **Q**uod
 q̄ m̄t̄. sunt. q̄ p̄miserat deo obedire. et sic m̄t̄i sunt. q̄
 nō fruauerūt p̄missuz. Sciēdū t̄m̄ q̄ scriptura h̄ loquit̄ i p̄li
 licz vn̄ t̄m̄ peccauerit rōe p̄dicta i p̄ncip̄to hui⁹ ca. h̄
Surge. **H**ic p̄n̄r. ponit̄ p̄gnitio p̄petrati p̄cti i v̄ sp̄k̄. et p̄
 q̄tū ad p̄sonā pecca
 tricē. sc̄do q̄tū ad
 culpā d̄f̄miatā: ibi
Et ait ioseph. **E**tica p̄
 mū d̄. **S**ancti
 fica ppl̄m. i. cita fm̄
 heb̄z. et eodē mō qd̄
 sequit̄. **S**ancti
 ficami in crastinū. i.
 stis citari. f̄z docto
 res v̄o n̄ros h̄ acci
 pit̄ sanctificatio pro
 p̄p̄tōe ppl̄i p̄ d̄no
 t̄lōz. **R**ō hui⁹ d̄uer
 sitatis ē. q̄ d̄ictio he
 braica h̄ posita equi
 uoca ē ad citatiōz p̄
 patōz et sc̄tificatiōez
Doctores t̄m̄ n̄i rōa
 bili⁹ dicere v̄sd̄t̄. q̄
 i agēdis v̄l suscip̄t̄
 dis diuio oraculo. si
 ebat p̄p̄atio ppl̄i p̄
 deuotōz. q̄ p̄p̄atio a
 lliq̄n̄ fiebat p̄ p̄n̄t̄
 am ab v̄rozib⁹ v̄t h̄
Exo. ix. i legisdatōe
 aliq̄n̄ p̄ oīdem. v̄t h̄
Act. j. in mathie ele
 ctōe. aliq̄n̄ p̄ ieiuniū
 v̄t h̄. iij. **R**eg. xxj. in
 naboth p̄d̄n̄atōe.
 v̄t ei ei⁹ p̄d̄n̄atio v̄i
 det̄ eē iusta et a deo.
 mādauit iezabel añ
 p̄dicari ieiuniū sic
 solitū erat fieri ante
 diuina oracula. **Q**ua
 liter aut̄ fuerit facta
 ista sc̄rificatō de q̄ lo
 quit̄ h̄ scriptura. nō ē
 exp̄ssuz in l̄ra. h̄ cre
 dendū ē aliq̄ istozuz
 modozū. **A**ccē
 detisq; mane singu
 li p̄ trib⁹ v̄ias. q̄ v̄i
 ri cuiuslibet tribus
 erāt distincti ab inui
 cē sc̄dm̄ trib⁹. et in q̄libz tribu erāt p̄les familie. et in q̄libet
 familia erāt p̄les dom⁹. et in q̄libet domo p̄les viri seu ca
 pita p̄ igit̄ d̄ph̄ensa ē trib⁹ i q̄ p̄petrati fuerat sacrilegiū.
 postea familia d̄f̄miata eiusdē trib⁹. et postea dom⁹ eius
 dē familie. et postea vir d̄f̄miat⁹ i illa domo. **D**ic̄ t̄m̄ **R**ā.
Sa q̄ trib⁹ d̄ph̄ensa ē. p̄ h̄ q̄ ioseph ex ordinatiōe diuina ad
 duxit trib⁹ corā rōali iudicio. in q̄ erāt. xij. lapides p̄ciosi.
 in q̄b⁹ erāt sc̄ulpta noia tribuū. xij. et dixit ei d̄ns q̄ fulgor
 illi⁹ trib⁹ q̄ peccauerat obfuscare. et sic d̄ph̄ensa ē trib⁹ iu
 da. h̄ familia d̄f̄miata in illa tribu et dom⁹ in f̄ilia. et vir
 in domo d̄ph̄ensi sūt p̄missiōz sortz. h̄ p̄mū v̄t eē ficticiū.
 q̄ est **R**extū. vbi d̄. **E**t quācumq; tribū fors inuene
 rit r̄c. ex q̄ p̄z q̄ trib⁹ fuit d̄ph̄ensa p̄ sortē. sic r̄c. **A**ccē
 det p̄ cognatiōes. i. p̄ familias. idē em̄ significat h̄ cogna
 tio et familia. Sciēdū aut̄ q̄ ioseph nō peccauit h̄ v̄tēs sor
 te. tū q̄ h̄ fecit ex p̄cepto d̄ni. v̄z i textu. v̄n̄ d̄. p̄uerb. xvj.
Sortes mittunt̄ in sinū h̄ a d̄no tēpanē. tū q̄ h̄ fecit̄ de
 b̄ra reuerentia. i. sc̄tificatiōe ppl̄i p̄missa. **I**n q̄bus aut̄ ca

sibus et aliter licitū est vel sortib⁹. et in q̄bus nō. dictū fuit
 diffusi⁹. **Q**u. xxxiij. **S**urgēs itaq; ioseph mane. ad ex
 equendū diligent̄ dei mādātū et p̄z l̄ra. p̄ **E**t ait ioseph.
Hic p̄n̄r. ponit̄ p̄gnitio p̄cti q̄rū ad culpā d̄f̄miatā p̄ Jo
 sue infrogatiōz cū d̄. **Q**uili mi da gloriā d̄no. v̄t. i. per

filiū cbarmi filij zabdi filij
 p̄zare de tribu iuda. **E**t ait
 ioseph ad achā. **F**ili mi. **B**a
 gloriā d̄no deo isrl̄ et p̄fite
 re atq; indica mihi qd̄ fece
 ris: ne abscondas. **R**ndit
 q̄ achā ioseph: et dixit ei.
Etere ego peceavi d̄no d̄o
 isrl̄: et sic et sic feci. **V**idi enī
 inf̄ spolia palliū coccineuz
 valde bonū et ducentos si
 clos argēta: regulāq; aure
 am q̄nquaginta sicloruz: et
 cōcupiscens abstuli: et ab
 scondi in terra p̄tra mediū
 tabernaculi mei argentūq;
 fosse humo operui. **M**isit
 ergo **J**osue ministros: qui
 currētes ad tabernaculū il
 lius reppererūt cūcta absco
 dita in eodē loco et argētuz
 siml̄. **A**uferētesq; de tento
 rio tulerūt ea ad ioseph et ad
 omēs filios isrl̄ piecerūtq;
 añ d̄m. **T**ollēs itaq; **J**o
 sue achā filiū zare argentū
 qz et palliū et auream regu
 lam filios qz et filias eius
 boues et asinos et oues ip
 sumq; tabernaculū et cun
 ctā suppellectilem: et omīs
 y israel cum eo: duxerūt eos
 ad vallem achor vbi dixit
 ioseph. **Q**uia turbasti nos:
Eturbet te dominus in
 a die hac. **R**apidauitq; eum

p̄fessioez tuā appeat
 verū dixisse de p̄ctō
 anathematis. et p̄ cō
 sequens iuste p̄niti
 uisse ppl̄m. **A**n
 d̄itq; achā **C**ōf̄tēdo
 veritatē. **S** **V**idi
 em̄ inf̄ spolia palliū
 coccineū. i. rubrum
 hebrei em̄ dicūt pal
 liū babilonicū cete
 ra patēt. **V** **M**isit
 ergo. **H**ic p̄n̄r. d̄e
 scribitur p̄cti p̄gnit̄
 punitō. et p̄z l̄ra v̄s
 ibi v̄ **T**ollēs itaq;
 ioseph r̄c. aureā regu
 lā. in heb̄z. h̄r lignā.
Erat em̄ lamina au
 rea in similitudinē lin
 gue facta. hec aut̄ tu
 lit ioseph. q̄ p̄ceptuz
 erat a d̄no q̄ p̄ctōz
 p̄burerēt cū oī suba
 sua. v̄t p̄dicat̄ i textu
Filos qz et filias
 eius. dicūt hebrei q̄
 ducti sūt ad vidēdū
 punitiōē p̄is. v̄t p̄
 h̄ arcerent a s̄ib⁹.
Doctores autē n̄i
 dicūt q̄ ducti sūt. v̄t
 cū p̄re morerēt. et h̄
 v̄t rōnabili⁹. q̄ pro
 p̄ctō ei⁹. xxxvj. v̄t
 mortui sūt i bello. v̄t
 d̄cm̄ ē eodē ca. et rōa
 bili⁹ v̄t q̄ p̄ueri sūt
 morerēt cū eo i d̄e
 statioez criminis. **J**re
 .s. eodez ca. dixerat
 d̄ns. **N**ō poteris sta
 re corā hostib⁹ tuis
 donec deleaf ex te q̄
 p̄tamiatus ē h̄ scele
 re. **D**elerō aut̄ alicu
 ius p̄p̄ie importat
 occasiōz ei⁹ cū poste

ritate. **D**uxerūt eos ad vallē achor. i. turbatiōis q̄ sic
 denoiata ē a noie viri ibi puniti. v̄t credūt aliq̄. h̄ ex verbo
 ioseph. qd̄ s̄bdit̄ cū d̄. **Q**uia turbasti nos. exturbet te
 d̄ns. id̄ vocat⁹ ē locus ille vallis achor. i. turbatiōis. ita q̄
 achor nō ē nomē p̄p̄riū h̄ cōe. **R**apidauitq; eū omīs
 isrl̄. v̄t q̄ in h̄ factū sit p̄ceptū d̄ni dicentis. supra eodem
 ca. **E**t quicūq; ille in hoc facinore fuerit d̄ph̄ensus com
 buretur igni cum omi substantia eius. **N**ed hoc dicunt q̄
 nomie combustiois intelligitur alia pena q̄cumq;. fm̄ il
 lud **H**ier. vj. **E**t eduxi te de fornace ferrea egypti. i. de ser
 uitate d̄ra. et sic in p̄posito nomie cōbustiois intelligit̄
 lapidario. sed h̄ nō videt̄ bene cōsonū textū. q̄ simul p̄ci
 pit̄ a d̄no cōburi cū ei⁹ substantia. q̄ fuit p̄busta. v̄t patz p̄
 l̄ram sequentē cū dicat̄. **E**t cuncta q̄ illius erāt igne cōbu
 sta sunt. **A**lter exponit̄. aliiq̄. dicentes q̄ verbum domi
 de cōbustioe achā intelligit̄ de igne gebene. q̄ v̄t dicunt
 non penituit vera rōne culpe. h̄ tantū rōne pene. et ad hoc
 designandū designat̄ dixit d̄ns. **E**t quicūq; ille in hoc

facinore fuerit dephesus pburet igni. q. d. a me sibi pena futura reseruate. lo no dixit coburens eu igni: s. coburet hoc dicitu no videt textul Monu. qz ista achan ad dan da gloriā deo cofessus fuit veraciter z huiliter pctm suuz. vtz in textu. z lo no est verifike q fuerit danatus. z b sonat sbum iosue dicētis ei. qz turbasti nos.

turbabit te de? i hac die. q. d. no i futuro. In heb. ei no est d. bum optatiuu. s. tur bet re. h. indicatiunz. s. turbabit te. qz io sue ad eius pforat onē p. hamilez cofessionē indicabat et vt v. ei q mors rpa lis esset sibi expiatō peccati. z io alit pōt dici. qz iste achan dup liciter peccauit. scz pctō sacrilegij furā do rē dño cōsecratā z violatōne sabbati. quia furtuz illud cō misit in die sabbati. vt patet ex dicitis ca pituli sexti. z io pā nitus est duplici pe na. s. lapidatōis pro violatōe sabbati. qz hec est pena debira scdm determinatio nē dñi. vt habet Nu meri. xv. de colligen te ligna in sabbato. scdo pena cōbustio nis cū pertinentibz ad ipm. scdm q dñs pceperet in hoc ca. b Cōgregauerunt quoqz sup euz mag nū aceruū lapiduz. p memoria futura ad terrorem aliorū. Capitulum. viij.

Ixit aut dñs

Hic pñr de scribit ciuitatis hay destructo. z scdo ex hoc habi tatorū terre chanaan trepidatio. ca. ix. Circa primū primo a dño dicit captionis modus. scdo subdit executōis act? sibi. Surrexitqz iosue. tercio immolatiōis culus ibi. Tūc edificauit iosue altare. Circa primū dicit. a Dixit aut dñs ad iosue ne timeas zc. q. d. sicut subtraxi a te auxiliū meū propter peccatū ipius achan. ita te protegā propter iusticiā de ipō factā. io subdit. b Ecce tradidi zc. q. d. victoria hec erit virtute mea. c Faciesqz vrbī hay. ipaz destruendo. Et regi eius ipm occidendo. d Bredam zc. diripietis vobis. s. diuidetis. sic aut no fuit factū de p. da hiericho q fuit posita sub anathemate. vt dictū fuit su pra. vi. ca. e Pone insidias vrbī post eam. Qualit au tem est z ad quid nō expmif hic: sed parte sequenti. dñs tamē hic reuelauit ipi iosue q quisqd postea executus ē. Occasione autē huius dicit querit hic. vtrū in bello licitū sit insidijs z cautellis vti z videt q non. quia ius na turale dicit. Non facias alijs qd tibi nō vis fieri. null? au tem veller sibi fieri insidias. ergo zc. Item insidie sūt que dam fraudes. p pñs pñnent ad iniusticiāz. ergo nō est eis licitū vti. qz scprū est. Dent. xvi. Quod iustū ē iuste exeq ris. Incōrtariū est glosa Aug. sup locū istū. z textus in q dñs iosue posuit insidias de mādato domi. Rūlio: sicut

bellū iustū est vel iniustū. si iniustū nō est licitū bellare. p psequēs iniustū est illicitū insidijs vti. Si autē sit belluz iustū. tūc dicendū q insidie z cautele ad hoc ordinant. vt hostes decipiant. Possunt autē hoies duplicif decipi ab aduersarijs suis. scz vno mō. qz dñ eis falsum vel nō serua tur sp. pmissuz. z b ē sp illicitū. qz i bellis sūt quedā iura sp ob suādā etiā cū adner sarijs fz q dicit Am bro. lib. de officijs. si cū observatio tren garū z consilia. et id si insidie fiant p talē moduz sūt iniuste z illicite. s. lto mō d cipiūt hostes. p b q aduersarij occultat eis vrbis v. fact? suā intentiōz. z b est licitū. qz nō tenent eis re uelare sua secreta. vñ i sacra scptura dñ q secreta fidei occul tanda sūt infideli bus. ne ab eis sride ant fm q dñ Math x. Nolite sanctū da re canibus. z multo fortius i bello iusto licitū ē occultare se creta sua aduersa rijs. qz hoc maxime valet i rebus bellicz vt ptz p Vegetium lib. iij. de arte milita ri. Et io Aug. in glo sa sup locū istū dicit Si qs bellū iustū su sceperit. vtrū aperra pugna an ex insidijs vincat. nō refert ad iusticiā Ex dicit? prz pmo argumētuz. qz nullus volūtate rōa li d3 velle q ois sibi reuelent Silt scdm qz tales insidie nō p

tra vrbē. Cūqz extierint ptra nos sicut ante fecim? fugiemus: et terga verte mus donec psequētes ab vrbe longius protrahant. Putabant em nos fugere sicut prius Nobis ergo fu gientib? z illis persequen tibus consurgetis de in sidijs z vastabitis ciuitatē tradetqz eam dñs de? ve ster in manus vestras. Cū qz ceperitis succendite eā et sic omia facietis vt iussi Bimisitqz eos z prexerūt ad locū insidiarū: sederunt qz inter bethel z hay ad oc cidentalē plagā vrbis hay Josue aut nocte illa in me dio mansit ppli. Surgens qz diluculo recensuit soci os: et ascendit cum senio ribus in fronte exercitus: vallatus auxilio pugnato rum. Cūqz venissent et as cendissent ex aduerso ciui tatis steterūt aduersus se ptentrionalem vrbis pla gam inter quam z eos val lis erat media. Quinqz au tem milia viros elegerat z posuerat i insidijs inter be

tinēt ad iniusticiā: s. ad prudentiā bellicā. f Surrexit qz iosue. Hic pñter describit executōis act? qz sic iosue execut? ē. sicut dñs sibi reuelauit. q quidē executio pmo describit qstū ad exercit? ordinatiōne. scdo qstū ad ciuita tis captionē: ibi s. b. i. Ergo iosue. Snia pme ptis parz m lra q est plana paucis exceptis. q discurrent. g Et ele cta triginta milia viroz zc. Dicit ha. Gal. qz ibi fuerunt posite duplices insidie. In pñis fuerūt triginta milia vi rozū. de quib? loquit h scriptura. In scdis vō insidijs fu runt quiqz milia. de qbus dicit infra in pte ista Quiqz au tem milia viros elegerat z posuerat in insidijs. ita qz iste insidie erāt ppinquiores ciuitati qz alie. Exposito res aut catholici cōter dicūt q quiqz milia viri d qbus sit sermo infra fuerūt de numero isto rū triginta z illi tantū reman serūt iu insidijs. z. xxv. milia redierūt ad pugnandū cum iosue cōtra regem hay de ciuitate exeuntes. z hoc videt p b quod subdit h b Pōnē insidias post ciuitatē. q. d. pōnē ibi i insidijs aliqs de vobis. s. quiqz milia ad b ele cta. Intētio ei iosue erat extrahē regē hay de ciuitate. z tē insidie ciuitatē intrarēt. z eā incēderēt. vt expsse dñ i lra. z io nō puit corā ciuitate cū toto suo exercitu. ne aduersarij ex tāta mltitudine friti nō auderēt exire. z io. xxv. milia sup dca iuxerūt se iosue post egressū illoz aduersarioz d ciuitate.

